

seinen drei Forderungen zwei — der Anschluss an die Kardinäle und die Beschickung des Konzils — zugestanden, während man sich über den dritten Punkt, ob Gregor die Obedienz zu kündigen sei, vorbehielt, erst noch mit dem Erzbischof von Salzburg und dem Bischof von Passau in Verbindung zu treten. Das Schreiben, in dem die Universität den Kardinälen von diesem ihren Beschlusse Mitteilung machte, wird in den Universitätsakten erwähnt, aber sein Wortlaut galt bisher für verloren¹. Die Danziger Hs. hat es aufbewahrt (Bl. 153^b), es ist vom 29. Oktober und lautet also

Copia littere studii Wiennensis.

Reverendissimi in Christo patres et domini orthodoxe fidei Christianissimi zelatores. Ut pax et unio sacrosancte matris ecclesie vestris prosperetur temporibus et scisma nequissimum, quod eandem catholicam ecclesiam pluribus proch dolor annis inquinavit et Christifidelium corda variis anxietatum vulneribus letaliter sauciavit, quod et sinceriter et fervide r. p. v. amaricavit mentes, de finibus fidelium extirpetur, consilio indubie spiritus sancti certam viam elegistis, pro cuius prosecutione venerabilem virum dominum Iohannem Abetczyer decretorum doctorem p. v. in hac parte oratorem una cum litteris vestris venientem recepimus ut decuit reverenter. Qui in universitate nostra r. p. v. humili filia in effectu tria proposuit et petivit oraculo vive vocis: primo quod universitas nostra ab obediencia domini Gregorii pape subtrahere velit, cum ad presens aliter sancta mater ecclesia nullatenus possit couniri; secundo ut ipsa p. v. processibus in negocio sancte unionis faciendo adherere et assistere velit, tercio ut ad generale concilium in civitate Pisana in festo annuncciationis virginis gloriose proxime venturo per r. p. v. una cum aliis celebrandum suos deputatos ad id ydoneos mittere velit. Viam igitur per e. p. v. assumptam ydoneam et canonicam ac propositum laudabile pium et utile attentisque motivis ac causis per dictum oratorem nobis propositis quodammodo necessariam arbitramur, eandem in domino commendantes hortantesque humiliter et attente intuitu altissimi, cuius res agitur in hac parte, quatenus huiusmodi vestrum tam laudabile quam pium et utile propositum deducere dignemini ad finem preoptatum. Volumus eciam et nos oratores nostros super eo dirigere, qui loco et termino predictis

1) Kink a. a. O. S. 37.